Et quod hic conſtitutum eſt, rectè procedit, modò conſtet de *Corpore delicti*: Etenim ſi duo teſtes probarent: Sempronium commiſiſſe homicidium, & non conſtaret de cadavere, utique Sempronius non poſſet condemnari & puniri. De quo dixi *ad artic. 6.*

Verùm dicat aliquis: *Uti nemo ex ſola confeſſione; ita etiam non ex ſola probatione condemnari debet.* Reſpond. diſpar eſt ratio, quoniam ſæpe quis aliquid confitetur, de cujus veritate dubitatur, ideò ſola confeſſio non ſufficit ad condemnationem, ſcilicet, eo caſu, quo de exiſtentia criminis non conſtat: Aliud tamen eſt in probatione per duos teſtes omni exceptione majores facta; ibi enim reus de delicti ab ipſo perpetrati veritate convincitur, in caſu, quo de corpore delicti conſtat. Et probatio reſpectum involvit ad negationem delinquentis, ſcilicet, crimen revera commiſſum per duos teſtes validè probari, à reo eſſe perpetratum, in illo caſu, quo ipſe illud vult negare. Sed confeſſio, quæ ſæpe ab innocente fit ad evitandum corporis cruciatum, contra confitentem non proficit ad condemnationem, niſi reverà conſtiterit de corpore delicti, id eſt, niſi extra confitentis confeſſionem pateat, aut in aperto ſit, tale crimen, quod alter confitetur, revera perpetratum eſſe.

ARTIC. LXX.

De productione & examinatione teſtium.

Von Stellung und Verhörung der Zeugen.

NAchdem aber Noth iſt/ daß die Zeugſchafft/ darauff jemand zu peinlicher Straff ſolle verurtheilet werden/ gar lauter und rechtfertig ſey/ ſo wollen wir/ wo eins Beklagten Miſſethat verborgen wäre/ und er derſelben auff Frag/ wie vorſtehet/ nicht bekäntlich ſeyn/ und doch der Ankläger die geklagten verneinten Miſſethat beweiſen wolt/und damit zugelaſſen würde/daß er/der Ankläger ſeine Artickul/ die er beweiſen will/ ordentlich auffzeichnen laſſe/ und dem Richter in Schrifft überantworte/mit Meldung/ wie die Zeugen heiſſen/ und wo ſie wohnen/ damit alsdann darauff durch etliche aus den Urtheilern/ oder aber andere verordnete Commiſſarien/wie unterſchiedlich hernach davon geſchrieben ſtehet/ Kundſchafft nothdürfftiger und gebührlicher Weiß verhört werde.

AD

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden http://digital.slub-dresden.de/id364835001/284 gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG